

1625.
De Clavi communi.

In Provinciis unum semper Definitor ex recollectis esse debet.

A qua distantia Definitor sit vocandus pro actum validitate.

Mortuo Definitori quis sit subrogandus.

De Bibliothecis comparatis.

Domus recollecte qualiter in Provincia assignanda.

Servetur Apostolica Constitutio, qua Ministro Provinciali in sua Provincia, & Guardiano in suo Conventu precipitur, ut eorum quilibet clavem communem, qua Magistra vocatur, apud se habeat, & custodiat; qua suorum subditorum cellas ad libitum saltem cum duobus Discretis Conventus aperire, ingredi, & visitare possit.

Pro Hispanis.

SI contingat, Patrem Definitorum Recollectum ad meliorem transire vitam, soluto mortis tributo, ejus locum, munus, & officium, antiquior ejusdem Recollectionis Definitor obtineat; quod si nullus Definitoris officio functus superstes invenitur, qui erit Guardianus antiquior, aut secundum tabulae ordinem dignior extiterit, defuncto Definitori substituitur: itaut sine Definitorum Recollecto nunquam Definitorium congregetur.

Ad electionem non vocetur Definitor extra Nationem existens; si vero intra Nationem, extra Provinciam tamen, fuerit, dummodo non plus, quam per duas, aut tres dietas distare dignoscatur, vocandus erit, alioquin omnes Definitorii actiones nullius sint valoris, & auctoritatis.

Mortuo aliquo Definitorum, antiquior Provinciae pater defuncti locum accipiat; quod si nullus talis extiterit, antiquior in Definitoris officio subrogetur. Idem aliis in Nationibus observandum erit.

Ne Bibliotheca, Lectores, Praedicatorum, & Confessores libris necessariis careant, singulis Provincialibus Ministris conceditur, ut quilibet in sua Provincia elemosynas procuret pro Missis diebus Dominicis celebrandis ad praescriptum eorundem Decretorum Sacrae Congregationis Concilii de celebratione Missarum; dummodo ducentorum ducatorum quantitas valorem non excedat quolibet anno. Hujusmodi autem elemosynis emantur libri, & pro uniuscujusque necessitate, judicio Ministris, distribuuntur; quod ut sine dolo, & fraude fiat, Visitator solerter inquirat, specialem rationem in singulis Conventibus exigat, & in Capitulo Provinciali, an libri juxta quantitatem assignatam procurati, & distributi fuerint, vel non, publice, & in conscientia declaret. Quae supererunt die Dominico Missae supra numerum, ex Statutorum nostrorum praescripto benefactoribus in communi applicentur.

Pro Gallis.

Quod unanimes in suo Discretorio novem Provinciae Galliarum a Definitorio Generali omnino postularunt, eis libenter ad majorem Dei gloriam conceditur: ut videlicet in qualibet dictarum Provinciae tres eligantur, & assignentur Conventus, in quibus Regulae observantia adeo districte servetur, ut Recollectorum, seu Reformatorum vivendi modum Fratres imitentur: Ideo Capitulum Generale, tam Mi-

nistris, quam Visitatoribus in virtute sanctae obedientiae precipitur, ut hoc diligentissime exequantur: ita tamen, ut praedicti Conventus Ministris in omnibus subiciantur, iis casibus exceptis, qui in Statutis pro Reformatis jam factis, declarantur.

Eodem jure, ac privilegio gaudeant Recollectorum Provinciae in Gallia existentes, quo duae aliae ejusdem Nationis familiae, ut videlicet suo ordine, & tempore successivo Definitorum habeant Generalem.

Fausta haec Statuta fieri debuerunt, quia quaecumque alia ad bonum publicum necessaria, in Statutis Segoviensibus auctoritate totius Congregationis ibidem confectis cumulatissime reperientur.

Pro Indis.

Caveant ex Indianis Provinciis Ministri Provinciales, ne ad Capitulum Generale, vel aut ipsi veniant, vel Commissarios suo nomine mittant: solum Custodibus veniendi facultas conceditur.

Indiarum Commissarii Generales ipsimet Provincias omnes visitent: impediti necessitate urgenti ex vicinioribus Provinciis, non autem remotis, Visitatores assumere teneantur.

Nulli liceat Commissario Generali, vel etiam Visitatori ante Ministri Provincialis electionem, neque ea peracta, aliquid voce activa, & passiva privare seu alia graviore afficere poena, nisi confecto processu, & praecedente rei auditione in sui defensionem, Qui secus fecerit, suo privetur officio.

Visitatores peracto Provinciali Capitulo, in Provincia visitata, ultra viginti dies, non remaneant: quibus elapsis, omnino auctoritate careant.

Tam Commissarius Generalis, seu Visitator ab Electoribus subscriptionem petens, hunc, vel illum eligendi, quam ipsi subscribentes, privationi actum legitimum, ipso facto, incurrendae subjaceant.

Electores in Provinciali Capitulo congregati, antequam ad electionem Ministris, Definitorum, Custodum, & Guardianorum procedant, nominatim juramentum praestent coram Vener. Crucifixi imagine, se eum electuros, quem in conscientia, & omnibus aequa lance libris, digniorem judicabunt, ita jubente Clemente VIII. sanctione a SS.D.N. Urbano VIII. renovata.

Pro Belgis.

Permittit Capitulum Generale Provinciae Belgicis, & annexis, in iis tantum, qua Sacris Canonibus, Tridentini Concilii decretis, & Constitutionibus Apostolicis non adversantur, juxta Statuta Barchinensia nuper Segoviae recognita, & auctoritate Reverendiss. Patris Ministris Generalis eisdem accomodata, deinceps vivere, sua Statuta Provincialia servare, reformationis modos a Visitatoribus Apostolicis introductos retinere; itaut neque praesentes, neque

Quo ordine suum habere debeat Definitorum.

Soli Custodes ad Cap. Gen. accedere debent.

A quibus sint visitandae Provinciae.

Ordo in Punitivis reis servandus.

Quoto tempore Visitatores in visitata Provincia possint commorari.

Juramentum ab Electoribus praestandum.

De Statutis quoad Provincias Belgicas.

De Commissario Nationali.

Ejusque auctoritate.

De precedentia Procuratorum & Commissarii Romae Curiae.

Praedicta Statuta confirmat Pontifex.

Clausulae.

Derogatio concenterium.

Dat. die 20. Nov. 1625. An III.

neque futurae constitutiones aliae praedictarum Provinciarum Patres, ac Fratres illo modo obligent: nisi ex parte illa, qua dictis Statutis conformes erunt, vel primo in Capitulo Provinciali, seu Congregatione lecta, & promulgata fuerint.

Commissarius Nationalis in dictis Provinciis nemo esse, aut institui possit, nisi qui antea, aut Definitor, aut jubilatus Lector, aut majori officio functus fuerit & per se ipsum Provincias visitare valeat. Dispensatio in Statutis Provincialibus sine Definitorii assensu omnino ei interdicitur; sicut & causarum commissio in instantia prima, quae penes Praelatos ordinarios esse, & remanere debet.

Receptionem Novitiorum, necnon Fratrum incorporationem non esse sui juris, noverit. Capitulis Provincialibus ipsemet praesideat.

Instante Definitorio totius Capituli Generalis statuimus ad evitanda dubia, ut Procuratores, & Commissarii Romae Curiae suo officio functi (etiam si Ministri Provinciales alias non fuerint) intra suam Provinciam, & extra, omnes alios praecedant: licet Ministri Provinciales, aut Definitores Generales extiterint.

Nos inviolabilis Statutorum hujusmodi observationi, perpetuaeque firmitati, quantum Nobis ex alto conceditur, opportune providere, ipsumque Procuratorem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejusdem Procuratoris totius Ordinis hujusmodi nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; Statuta praeserta hujusmodi apostolica auctoritate, tenore praesentium, perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplementis.

Decernentes, eadem Statuta in praedicto Ordine ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter perpetuo observari, & adimpleri debere, irritumque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis. Statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die 20. Novembris 1625. Pontificatus Nostri Anno III.

Sequitur Confirmatio Statutorum Barchinensium pro Ultramontana familia, novissime Segoviae recognitorum, & approbatorum, dummodo Sacris Canonibus, Concilio Tridentino, constitutionibus Apostolicis, ac Regularibus ipsius Ordinis institutis non adversentur.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam

Injuncti Nobis apostolici muneris ratio postulat, ut Religiosorum Ordinum in Ecclesia Dei militantium prospero statui, felicique directioni invigilantes his, quae propterea provide facta fuisse dicuntur, ut firma perpetuo, & illibata persistant, libenter, cum a Nobis petitur, apostolica nostra confirmationis munimine roboremus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupat. quod in Congregatione Generali ipsius Ordinis in illius domo regulari Segoviensi novissime celebrata Statuta Generalia pro Fratribus ejusdem Ordinis Ultramontanae familiae alias in civitate Barchinensi edita recognita, & approbata fuerunt.

Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, Procurator praedictus plurimum cupiat, Statuta hujusmodi pro firmitate illorum validitate, & substantia apostolicae nostrae confirmationis patrocinio communiti; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut desuper opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur Procuratorem praedictum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Statuta praedicta, sic, ut praesertur, recognita, & approbata, quatenus tamen licita sint, & honesta, sacrisque Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, & Constitutionibus Apostolicis, regularibusque ipsius Ordinis institutis non adversentur, apostolica auctoritate, tenore praesentium, perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus: ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplementis.

Decernentes, eadem Statuta, ac praesentes Literas valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac a Fratribus familiae praedictae nunc, & pro tempore

Procurium.

In Congregatione Segoviensi Statuta Barchinensia examinantur.

Eaque petitur confirmari.

Confirmat Urbanus.

Clausulae addit.

singulis casibus recurratur ad Sacram Congregationem, qua habita ratione numeri Fratrum ad reformationem transeuntium, & omnibus accurate perpenfis, deliberabit, prout in Domino expedire arbitrabitur.

Tertio. Determinatum est, ut de cetero Novitii inter Reformatos non recipiantur extra Capitula, vel Congregationes Capitulares non obstante sa.me. Clem.VIII. hac de re edicto, aliis receptiones, & professiones inde sequutæ nullæ sint, & invalidæ.

Quarto. Determinatum est, ut Minister Provincialis eligi possit ex familia, vel ex reformatione juxta antiquam consuetudinem Religionis, & juxta Constitutiones san. mem. Clement. VIII., & Pauli V.: & quando Minister Provincialis eligetur ex Fratribus Reformatis, tunc ad tollendas discordias, & lites, Custos reformationis non eligatur, sed ipsemet Minister ipsam reformationem regat, & moderetur. Cæterum, ut necessitatibus dictæ Reformationis opportunius provideatur; dictus P. Minister, statim, ac fuerit electus, teneatur unum ex iis, qui alias Custodes fuerunt, vel ex Secretis Custodialibus actualibus Commissarium instituire, cui suam auctoritatem tribuat ad dictam reformationem visitandam, quodcumque ipse per se id facere non poterit, nec non & ad capiendas informationes in casibus occurrentibus: Quibus captis, teneatur de omnibus certiorum facere dictum Provinciale, ut ipse, quod opportunum sibi videbitur, determinare, ac ordinare valeat. In casu autem, quo dictus Commissarius non recte functus fuerit officio suo, tunc Provincialis per se solum possit ipsum ab officio remove, & alium ut supra de novo instituire.

Infuper determinatum est, ut quodcumque Minister Provincialis fuerit reformatus, tunc Custos mittendus ad Comitia Generalia eligatur ex Patribus de Familia; & viceversa quando Provincialis fuerit ex Fratribus de Familia, tunc Custos supradictus sit Reformatus, ut utraque pars unum vocalem habeat in dictis Comitibus generalibus.

Uterius determinatum est, ut nominetur a Generali Procurator in Curia Patrum Reformatorum. Romæ die 14. Junii 1628.

F. A. Card. S. Honuphrii. P. Fagnanus Secr.

Lecta, & publicata fuere præfata Decreta die 15. Junii 1628. in Congregatione Generali Fratrum Minorum de Observantia in præsentia Illustriss., & Reverendiss. Card. Gippii Præfidentis ejusdem Congregationis.

De Novitiis inter Reformatos recipiendis. De Ministro Provinciali. Commissario. Et Custode eligendis.

Confirmatio nonnullorum Statutorum pro Studii Generalis Civitatis Perusinae directione. Ex Regest. in Secret. Brvo.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

IN supereminenti Apostolicæ Sedis specula, meritis licet imparibus, disponente Domino, constituti, & intra mentis nostræ arcana revolventes, quantum ex Literarum studiis Catholica fides, tenebrosa ignorantia caliginis, ac hæresum peste expulsa, augeatur, di vini numinis cultus protendatur, veritas agnoscatur, Justitia colatur, reliquæ virtutes illustrentur, ac bene beateque vivendi via pateat, ad ea, per quæ studia ipsa ubilibet, & præsertim in Statu nostro Ecclesiastico excitata feliciter, & prospere dirigantur, libenter intendimus, & in his nostræ sollicitudinis partes propensius impartimur, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

§.1. Cum itaque nuper pro felici, & prospera Universitatis studii Generalis Civitatis Perusinae directione, & gubernio nonnulla statuta, de ordine, & mandato nostris edita fuerint, tenoris subsequenti, videlicet.

Episcopus pro tempore sit Præfex studii, sicuti est Cancellarius, & sedulo invigilet pro bono illius regimine, atque observantia præsentium ordinationum, possitque propterea nova etiam statuta condere, quæ tamen non prius executioni demandentur, quam fuerint a Sede Apostolica recognita, atque approbata.

§.2. Curet idem Præfex, ut in unum redigantur Constitutiones Apostolicæ, statuta, & scriptura omnes ad studium pertinentes, & in certum locum tamquam in Archivium deferantur: & interea donec construat ejsusmodi locus penes Archivistam studii custodiantur. Scribæ autem, seu Notarii studii sua non consequantur emolumenta, nisi per fidem Revisoris, & Archivista manu subfirmatam docuerint, scripturas ab ipsis rogatas a Revisoribus recognitas, & ab Archivista receptas fuisse.

3. In Lectorum conductis hoc anno servetur omnino Rotulus S.D.N. auctoritate confectus, qui nunc transmittitur: de cetero autem lectares conducantur juxta formam interius præscriptam videlicet; singulis annis die prima Julii, vel alia commodiori Præfidis arbitrio congregetur in Aula Episcopali Collegium U. Juris Doctorum coram Episcopo, seu illius Generali Vicario, & Secretis omnium, & singulorum Doctorum præsentium suffragiis eligantur octo Doctores ex corpore ipsius Collegii, hac ratione; singuli Collegiales, ut supra, congregati scribant nomen, & cognomen Doctoris eligendi in schedula, eamque mox complicatam iniiciant in Urnam, ad hoc paratam. Deinde per Notarium studiis a Civitate.

Proemium.

Pro regimine Universitatis Perusinae frequentia edita sunt Statuta.

Episcopus Perusinus Universitatis Præfex.

Que sunt ejus munia.

De Lectoribus.

vitæ, ut moris est, electum schedula omnes sigillatim ab Urna extrahantur, atque alta voce perlegantur, & facta omnium collatione octo illi Doctores, qui majorem partem suffragiorum tulerint, etiam infra dimidiam totius Collegii electi censeantur. Quod si qui ex iis parem numerum habuerint suffragiorum, adeo ut propterea non appareat, quinam intra numerum censeantur inclusi, ex his electi intelligantur, qui primo in albo Collegiatorum reperiuntur descripti.

Qui quidem sic electi similiter coram Episcopo, seu ejus generali Vicario infra triduum iterum congregentur, ac præfite prius juramento in manibus Episcopi, seu Vicarii de eligendis Lectoribus, quos magis dignos, atque habiles judicaverint, per secreta suffragia una cum Episcopo, seu ejus Vicario, ut supra, & Priore Collegii, qui fuerit pro tempore, eligant Lectores Juristas pro sequenti anno: & qui majorem partem habuerint suffragiorum, hi pro eodem anno tantum cum salario, materia, & hora eodem contextu præscribendis, sint, & censeantur conducti. Quod si quis ex Electoribus supra scriptis noluerit, aut non poterit electioni interesse, jus eligendi remaneat penes alios præfentes.

Die autem immediate sequenti post Collegium, ut supra, habitum ab utriusque Juris Doctoribus, congregetur ibidem Collegium Philosophiæ, & Medicinæ Doctorum coram Episcopo, seu ejus Vicario, & juxta formam superius præscriptam eligantur sex Doctores ex corpore ipsius Collegii, qui quidem electi, præfite, ut supra, Juramento una cum Episcopo, seu Vicario, & Priore Collegii, eodem modo eligant, & conducant Lectores pro artibus.

4. In salariis vero assignandis, ac distribuendis hoc anno, idem Rotulus, ut supra confectus servetur, etiam usque ad complementum assignationis in eodem expressæ: salaria ex futuris vacationibus distribuantur equaliter inter omnes Lectores in Rotulo descriptos, si tunc temporis secundum formam superius præscriptam conducti reperiuntur, detracta tamen prius portione Lectoribus assignanda, si qui de novo erunt conducendi, vel in alterius locum subrogandi; Et qui primo ad dictum complementum pervenerint, cessare debeant in augmentis percipiendis, usquequo aliorum omnium, & singulorum assignatio in eodem Rotulo expressa itidem completa fuerit.

Postea vero in perpetuum servetur forma infra scripta. Si qua pars pecuniæ post omnium Lectorum conductiones distribuenda supererit; coram Episcopo, seu ejus Vicario in eadem Aula Episcopali congregetur Collegium Juris, vel Philosophiæ, ac Medicinæ Doctorum, prout vacatio contigerit, die prima Septembris, vel alia commodiori: Præfidentis arbitrio præscribenda in eoque eligantur quatuor ex corpore ipsius Collegii, servata in omnibus forma, quæ in electione personarum pro conducendis Lectoribus superius præscripta est. Et hi Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

quatuor infra triduum, ut supra, iterum congregati, præfite in manibus Episcopi, seu Vicarii Juramento de justè, ac fideliter distribuendo, una cum eodem Episcopo, seu Vicario, & Priore Collegii pro tempore decernant, quæ pars salarii ex vacationibus illius anni, & quibus Lectoribus pro eo anno fuerit assignanda: & quod quatuor saltem ex prædictis sex placuerit, id ratum habeatur, & executioni demandetur: ac si qui noluerint, aut nequiverint interesse, jus distribuendi penes alios remaneat. In distributionibus vero præcipuam rationem habeant qualitatis, ac meritum cujusque, numeri itidem lectionum illius anni, scholarium frequentia, tenuitatis salarii, atque aliorum, quæ pro eorum prudentia duxerint advertenda. Hospitali autem, Syndico, Notario, Computifæ, ac reliquis studii ministris assignetur portio consueta.

5. Conductæ Lectorum, ut Constitutio ne bo. me. Antonii de Monte Cardinalis Papiensis tunc temporis in Umbria de Latere Legati provide sancitum fuit, & in hanc usque diem observatum, durent pro uno tantum anno, & non ultra: itaut Lectoribus non liceat materia, loci, temporis, aut salarii continuationem quocumque titulo prætere, nisi fiat nova eorumdem reconductio, juxta formam superius præscriptam: Cui quidem conductioni Lectores per omnia acquiescere teneantur.

6. Rotuli, hoc primo anno excepto, subscribantur ab Episcopo, seu ejus Vicario, & Prioribus utriusque Collegii, & assignantur, more solito: idemque observetur in subscribendis mandatis pro salariis solvendis.

7. Ex redditibus studiis universis detrahatur quotannis portio scutorum octuaginta, ex quibus assignari debeant quindecim Institutis, viginti extraordinario Juris civilis, vintiquinque ordinario, qui eo anno majorem numerum lectionum, quam alius alius ex Juristis, etiam non sui ordinis re ipsa legerit, & viginti tribuantur Artistæ, qui pariter ad majorem numerum lectionum, quam quisque alius Artistæ, realiter, & cum effectu ascenderit: adeo ut ad hujusmodi portionem consequendam minime sufficiat per Doctorem non stetit, quominus legerit. Porro in Collegio, ut supra congregando pro Lectoribus conducendis, singulis annis coram omnibus publicetur numerus lectionum, quas unusquisque legerit eo anno, & palam declaretur, quibus supradicta portio debeatur.

8. Ad omnes, & singulas materias inferius descriptas de cetero semper aliquis Lector conduci debeat, videlicet.

- Legistæ. Ad Ordinarium Juris Canonici. Ad Ordinarium Juris civilis. Ad extraordinarium Juris civilis. Ad Institutam. Artistæ in Gymnasio. Ad Sacram Theologiam. Ad Ordinarium Philosophiæ.

Tempore.

Et numero.

Quibus Scholæ dandi sint Lectores.

Iter satisfaciemus. Hac autem protestatio subscripta per Guardianum, & Discretos Conventus dabitur illi, qui tenetur testatoris voluntatem implere, & eadem protestatio scribetur in libro Conventus, ut constare possit succedentibus Guardianis, hanc constitutionem fuisse ad plenum adimpletam. Est autem hac protestatio necessaria, ut optime decernit D. Bonaventura hanc disputans quaestionem, & ex apostolicis declarationibus Regulae nostrae colligitur: Et ut omnibus sit compertum id, quod tantopere est Nobis necessarium, ipsam D. Bonaventurae quaestionem ex suo Apologético desumptam, hic apponere de industria, non gravabimur, quae talis est, ut sequitur.

Cum asseratis, vos secundum Regulam & Professionem vestram nullos debere recipere proventus reddituum, seu possessiones exceptis domibus, in quibus habitatis, videmini transgressores Regulae vestrae in eo, quod recipitis domos, vel areas non contiguas vestris aedibus, in quibus habitatis: eodem enim modo, si hoc licet, poteritis etiam vineas recipere, & agros, & mansos, & similia quaeque recipere, imo Grangias, & Villas, & Castra, & Terras, & Oppida, & quaecumque fuerint vobis data, & sic pristina paupertas, & mendicitas, quam professi estis, paulatim evanescet, & non eritis Discipuli Sancti Francisci, cum non sequamini vestigia ejus, nec ejus Regulam teneatis. De domibus enim Nobis contiguis potest esse excusabile, quod pro dilatanda area vestra illas quandoque recipiatis, sed de aliis non ita, in quibus homines alios pro censu locatis, quem Procurator vester loco vestri exigit, & in usus vestros convertit de voluntate vestra.

R. Si qui in talibus incaute agunt, dolemus, & contradicimus, & prohibemus: Qualiter autem in hoc licite agere possimus advertite, & tunc non judicabis nos (si sane intelligis) transgressores. Protestamur Nos secundum Regulam nostram nil debere, seu velle possessionis, vel certorum reddituum recipere, vel habere. Quia vero mendicimus, & pauperes, ea, quibus pro praesenti necessitate indigemus, ideo recipimus, prout licet, si pro solvendis debitis, vel necessariis procurandis. Cum ergo aliquis ex devotione vult Nobis legare domum suam, vel aream non contiguam nostrae mansioni, non recipimus eam per Nos, nec per interpositam personam, ut nostram: sed si ille eam disponit per alium quemcumque, ut ea vendita de pretio ejus provideatur Nobis ex parte sui, in his, quibus tunc indigemus, procurandis, vel solvendis debitis, acceptamus. Si autem ille timens, ne forte ejus talis dispositio per haeredes suos, vel alios imposterum impediatur, & propter hoc praecipue roborare illam sigillo alicujus Judicis, vel civium, vel alterius, &c., & sic committit eam alicui amico suo, vel Fratrum, qui conservat, quod ipse disponit de domo tali, vel area, nil ad Nos, cum de rebus suis possit ordi-

nare, quod vult, nec locum talem, vel domum dicimus esse nostram, cum nihil juris Nos in ea protestemur habere. Similiter si aliquis disponeret per amicum, vel alium, quod de pretio, vel de proventibus illis, vel illis, darentur Fratribus tot panes quotidie, vel tantum elemosynam singulis septimanis, aut annis, non essemus propter hoc praedii, vel reddituum possessores: nam si me petente elemosynam, aliquis dives promittat, quod singulis annis velit dare Fratribus duas tunicas, vel tantum unam, vel singulis hebdomadibus tot panes, & hoc committat officialibus suis, ut vice sui ista dent, etiam eo absente, & hoc pro Fratribus recipiam, vel etiam si illi negligant dare, admonendo exigam, nunquid propterea certos redditus habere dicendi sumus? cum non ex jure, sed ex gratia solum talem elemosynam recipiamus, vel exigamus. Et si post obitum illius uxor ejus, vel alii amici pro anima illius adhuc velint aliquo tempore talem Nobis elemosynam per se, vel ex dispositione illius largiri, possumus similiter accipere ex tali gratia, ita quod quandocumque nolent amplius ista dare, nihil peteremus ab eis, quasi ex debito, sed more mendicorum recurreremus ad domum clementis Domini pro quotidiana elemosyna, quando illi placeret: sed quando plus nollet, discedimus vacui gratias agentes de dato, non murmurantes de negato. Hac est vera, & pura vita mendicorum, quod datur, ex gratia recipere non ex jure.

De censibus vero domorum Fratrum legatarum nihil quaerimus, sicut nec de aliis redditibus. Si autem antequam vendantur, aliquem inde censum dare volunt hi, in quorum tunc potestate sunt illa domus, nihil juris habere in eo protestamur, sed elemosynam Nobis sponte oblatam simpliciter recipimus, sicut aliunde donatam. Quia vero Dominus docet, nos cavere ab hominibus. *Matth. 10. & Apostolus*, ab omni specie mala abstinere, *1. Thes. 5.* Ne putemur ab ignorantibus transgressores Regulae nostrae, debemus aperte protestari, nihil Nobis juris in talibus donationibus velle habere, sicut tenetur suspectus de fornicatione, omnia illa cavere, ex quibus posset ista suspicio probabilis judicari. Hac omnia D. Bonaventura.

Sed quia in his casus solet aliquando evenire, quod annuus redditus ob temporis antiquitatem non comperiat habere aliquem patronum, cui fieri debeat talis, ut supra, protestatio, decernimus, quod in tali casu servetur Statutum Ordinis Minorum sub Paulo II. contentum in Constitutionibus super *cap. 6. Reg. 6. & Indubemus*. Quod pimum hujusmodi redditus assignentur Rectoribus spiritualibus, aut temporalibus Collegiorum, aut Communitatum, Terrarum, aut Civitatum, qui tales elemosynas, siue fructus, vel redditus annuos nomine Ecclesiae Romanae, vel donantium sine Fratribus, exigant, & recipiant, & Fratribus, siue aliis Sacerdotibus, quando

Frates noluerint tales Missas, vel suffragia juxta piam intentionem benefactorum in toto, vel in parte secundum quantitatem, talium obventionum dicere faciant.

De dominio per Instrumenta publica in alios non transferendo.

Item statuitur, ut deinceps nulla instrumenta publica fiant a Fratribus capitulariter congregatis, nec quocumque alio modo se habentibus, in quibus transferatur dominium, & proprietates alicujus Cappellae, siue Sepulturae: cum hoc omnino sit contra Regulam, & nostro repugnet instituto. Nam quomodo aliquis dat, quod non habet? si tamen occasio se obtulerit, in quo oporteat satisfacere devota fidelium voluntati: id fiat per modos nostrae Regulae, & Instituto congruentes. Est autem protestatio praedicta necessaria, ne, ut ait D. Bonaventura, ab ignorantibus nostrum Institutum, Regulae nostrae transgressores judicemur, cujus Seraphici Doctoris sententiam hic infrendam judicavimus, quatenus e medio tollatur abusus ignorantissimorum aliquorum, qui existimantes, Charibidem fugere, in Scyllam inciderunt, in favorem Ordinariorum, vel alicujus tertii, vel haereditas renuntiantes praedicta legata, quasi non esset opus proprietatis, & domini, donare, sicut accipere, & summa dementia alienum renuntiare.

De hujusmodi autem bonis, seu illorum pretio Generalis, vel Commissarius Generalis una cum consilio Guardiani, & Discretorum Conventus in usum Sacrificii, Fabricae Ecclesiae, & Conventuum provideat, prout illorum necessitate perspecta salubriter in Domino expedire arbitrabitur. Et de hac provisione quamprimum Sacram hanc Congregationem fideliter certiore faciat. Hanc vero bonorum abdicationem, & legatorum renuntiationem fuisse executioni demandatam constare debet huic Sacrae Congregationi ex Generalis, vel Commissarii Generalis, & Ordinariorum attestacionibus gratis, & absque ullo Fratrum dispendio concedendis.

Proprietates Fratrum particularium omnino tollenda.

Deinde a Fratribus particularibus auferatur cujuscumque rei proprietates, si quas sit, & omnia in communi redigantur ad Regulam, Sacrorum Canonum, Apostolicarum Constitutionum, & S. Concilii Tridentinae dispositionem. Potissimum vero tollantur pecunia, & quamprimum insuntantur in veras, & communes ipsorum Conventuum necessitates: idque fiat a Syndicis Apostolicis tantum, ita ut nihil pecuniae mediate, vel immediate super sit in manibus, vel potestate Fratrum etiam Superiorum.

Quomodo retineri queant Aromataria.

Ad haec tollantur abusus Aromatariorum, itant de cetero illae non retineantur, nisi ad usum Monasteriorum dumtaxat, nec liceat res illarum cuique vendere.

Capsulae ad elemosynas recipiendas ab Ecclesiis tollenda.

Præterea nullo modo habeant in eorum Ecclesiis, vel Sacrificiis, aut alibi cippos, aut truncos ordinatos ad offerendum, seu donantium pecunias, nec capsulas pro elemosynis Missarum.

De Regulae observantia.

Ac demum Superiores Regulares invigilent, ut Fratres communi mensa utantur, Divina Officia temporibus debitis recitent, *Bull. Rom. Tom. V. Par. V.*

citent: vacent orationi mentali, & divinum cultum diligenter exerceant, ac cetera impleant, ad quae pro Regulae observatione tenentur.

Hac autem superius expressa, fuisse ad effectum perducta constare debet eidem Sacrae Congregationi ex attestacionibus, medio juramento Generalis, aut Vistorum, praevia diligenti informatione capta in Visitatione singulorum Conventuum cujusque Provinciae. Romae 14. Junii 1628.

F. A. Card. S. Honorarii. P. Fagnanus Secr.

Acta, & publicata fuere praefata Decreta die 15. Junii 1628. in Congregatione Generali Fratrum Minorum de Observantia in praesentia Illustriss. & Reverendiss. Card. Gippii Praesidentis ejusdem Congregationis.

Certior reddenda Sacrae Congregationi de adimplemento.

Publicatio hujusmodi Decretorum.

Subsequuntur Decreta Sacrae Congregationis a SS. D. N. Fratrum Minorum de Observantia S. Francisci Cismontanae familiae consultationibus praeposita.

In primis statutum est, ut Fratres de Familia libere ad Reformationem transire valeant in quocumque tempore, etiam extra Capitulum, & Congregat. cum hoc tamen, ut e Conventu, in quo de familia manent, recedere nequeant, nisi prius habita obedientia a Custode, vel alio Superiore Reformatorem, qui eam nullatenus denegare possit. Et in casu, quo eam denegaverit, fiat recursus ad Superiorem Generalem, qui teneatur Fratres pro hac re ad ipsum recurrerentes ad Reformationem recipere, necnon & Superiores dictam licentiam negantes poena sibi arbitraria punire, nisi sibi constiterit reformari volentes id facere, ut iudicium, vel poenas sibi injunctas subterfugiant, aut esse omnino ad reformationem inhabiles.

De transitu FF. de Familia ad Reformatos.

Secundo. Ut qui ad Reformationem transierit, annum unum a die suae receptionis computandum ad deliberandum habeat, an in illo statu velit remanere: quo anno expleto, Superior Reformatorem, Custos videlicet, vel Provincialis ad Conventum, in quo dictus Frater de Familia commoratur, se transferat, ibique simplicem informationem a Guardiano, vel alio Superiore locali, a Discretis Conventus, & ab aliquo Patre principali, vel antiquiori, qui ibi reperitur, fideliter capiat de vita, & moribus supradicti Fratris, & si cognoverit, eum bene vixisse, ac statui, & professioni Reformatorem se conformasse, ipsum ad reformationem incorporatum declaret, & hujusmodi incorporationem in libro Custodiae diligenter notet.

Quod si id per se ipsum personaliter facere nequeat, alium substituat, qui id exequatur, dummodo non sit de familia illius Conventus, in quo Frater in reformatione incorporandus reperitur.

Quo autem ad faciendam assignationem aliquorum Conventuum Observantium de Familia Fratibus Reformatis, in

pore existentibus, in omnibus, & per omnia inviolabiliter observari debere, necnon irritum, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogaturque contrariis.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 18. Dec. 1625. An.III.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die 18. Decembris 1625. Pontificatus Nostri Anno III.

Sequuntur Ordinationes factæ in Generali Congregatione.

De observantia Regule.

Primo declarat Generalis Congregatio, nullam dispensationem contra præcepta nostre Regule esse admittendam; sed omnes, & singulos Fratres teneri ad Regule observantiam secundum suam puritatem juxta declarationes Nicolai III. & Clementis V. sicut in multis aliis Generalibus Constitutionibus declaratum est: Cum omnia privilegia, seu concessiones, cujuscumque conditionis existant, vel quomodolibet impetrata, vel concessa per Brevia Apostolica, per indulta, per vivæ vocis Oracula contra Regule puritatem, si quæ forent, penitus abrogata fuerint per Breve Sanctissimi Domini Nostri Urbani VIII. Qui vero contrafecerit, tanquam Regule transgressores severe puniantur.

De oneribus Missarum celebrandarum.

Et quoniam in quibusdam Ecclesiis tam magnus numerus Missarum celebrandarum ex variis defunctorum legatis impositus reperitur, ut illis pro singulis diebus a testatoribus præscriptis nequeat satisfieri, & consequenter, nec aliis pro quibus elemosynæ in dies offeruntur; idcirco ne detur occasio Fratribus eorum conscientias onerandi, determinatum est, ut Superiores locorum illorum, ac etiam Provinciales declarare, & protestari debeant coram iis, ad quos spectat, se nolle amplius legata perpetua ipsi a testatoribus relinqui exigere, & de facto amplius non exigant, immo ea, quantum in ipsis est, eo modo, quo possunt, resignent, & respuant. Ac in illis Conventibus is numerus Fratrum collocetur, qui ex elemosynis quotidianis honeste sustentari possent. Si quæ vero legata quoad capitale fuerint extincta; remanente apud Fratres obligatione celebrandi Missas in perpetuum; fiat recursus ad Summum Pontificem, ut ipse pro sua benignitate super hoc de opportuno remedio provideat.

Elemosynas Missarum, nullo modo intra Clausura recipiende.

Capite, vel Trunci ad recipiendas elemosynas pecuniarias etiam pro Missis oblatas, non solum ab Ecclesia, sed etiam à Sacristia, & a quacumque parte, quæ sit intra clausuram Conventus, omnino prohiben-

tur sub poena inobedientiæ, & excommunicationis majoris; oblata autem elemosynæ pro Missis nullo modo intra clausuram Conventus, aut intra Ecclesiam, vel Sacristiam ab aliquo recipi permittantur: sed ad Syndicum Apostolicum offerens remittatur: Quod si id grave illi fuerit, & voluerit Tertiario, vel Servitori Conventus tanquam Syndici substituto illas tradere, ut ad Syndicum ipsum ejus nomine deferantur, id fieri poterit, ea tamen lege, ut intra clausura Conventus, aut Ecclesiæ, nec Tertiarius, nec Servus illas recipiat, & Guardianus, qui contrarium permiserit, privetur officio suo.

De apostatis, & delinquentibus.

Circa Apostatas, aliosque delinquentes observetur omnino Breve sel. rec. Sanctissimi D.N. Pauli IV. contra Superiores nostri Ordinis promulgatum, quod incipit, *Admonemur*: In quo ordinatur, ut ad instantiam personarum quarumcumque extra Ordinem constitutarum nullo modo remittantur poenæ eis impostæ.

Fratres ad Missas extra proprias Ecclesias celebrandas non mittendi.

Ad evitandas evagationes Fratrum, & alia gravia inconvenientia, præcipitur, ut Sacerdotes nostri Ordinis nullo modo mittantur extra Conventum ad Missas in aliorum Ecclesiis celebrandas, sed unusquisque in propria teneatur Ecclesia celebrare. Guardianus autem, qui contrafecerit, vel id permiserit, per mensem a suo suspendatur officio pro prima vice, pro secunda autem gravius puniatur Superioris arbitratu.

Parochia non suscipiende.

Cum Parochiarum curam habere in illis Civitatibus, & locis, in quibus Christiana Religio propagata est, & in quibus copia Sacerdotum secularium adest, maximum detrimentum afferat nostre professioni, & Regule observantiæ, determinat Generalis Congregatio, ut in præfatis locis omnino relinquatur, & si aliqua sint, que de mandato Sedis Apostolicæ detineantur, ad ipsam Sedem Apostolicam fiat recursus, ut super hoc opportune provideat, Fratrumque conscientia consulat.

De Commissario Regni Polonie.

Commissarius in Regnum Poloniæ mittendus ad Provincias illas visitandas, in unaquaque illarum Provinciarum Patres Definitorii, & alios Patres principales congreget, atque simul cum eis de negotio divisionis illarum Provinciarum discurrat, illudque exacte discutiat: & quicquid circa hoc de communi consensu, paceque conservanda determinatum fuerit esse melius, Reverendissimo Patri Superiori Generali significet, ut ipse pro sua prudentia, & zelo, quicquid opportunum fuerit ad sedandam controversiam circa hoc exortam decernat, & statuat, etiam Sedem Apostolicam consulendo, si opus fuerit. Quidquid verò ab ipso statutum fuerit, in illis Provinciis executioni mandetur.

De Custodiis Reformatorum Polonie Austrie &c.

Declaratur, duas Custodias Reformatorum Poloniæ fuisse bene institutas; easque, & ad idem institutum servandum teneri, & eisdem privilegiis, & prærogativis gaudere, quod servant, & quibus gaudent Custodie Reformatorum Italiæ: & præsertim quod votum habeant in Capitulis Provincialibus illa-

illarum Provinciarum, quibus sunt annexæ. Insuper declarat totum Definitorium, Reformam seu Custodiam Austriæ veram esse Custodiam ad formam aliarum Reformationum Italiæ institutam, eisdemque privilegiis, & gratiis, quibus cætera Italiæ Custodiæ gaudent, potiri, & gaudere debere. Idem dicimus etiam de Conventu Pragensi, Provincia Boemiæ, & Tyrnaviensi, Provincia S. Mariæ Hungariæ Reformatis, jam assignatis, & traditis, &c.

De Monasterio Monialium majoris Glivicæ.

Monasterium Monialium clausuram majoris Glogoviæ Provincie Boemiæ, supposita ipsarum inobedientia, & contumacia, omnino relinquatur, & resignetur loci Ordinario; itaut imposterum nulli Provincialium successive futurorum, aut aliorum quorumcumque Fratrum liceat in contrarium aliquid attentare, sub poena privationis actuum legitimorum contrahentibus.

Et Conventu Glivicensi.

Conventus Glivicensis, olim ad Provinciam Boemiæ Fratres spectans, ac deinde Reformatis Provincie Poloniæ assignatus, declaratur incorporatus Reformationi Provincie Poloniæ, præcipiturque, ut imposterum non liceat Provinciali Boemiæ, vel alteri Patri ejusdem Provincie aliquid in contrarium attentare sub poena privationis officiorum, actuumque legitimorum iis, qui contrafecerint.

De Statutis Fratrum Reformatorum.

Ad confusiones, & varietates Statutorum Reformatos concorrentium tollendas, & ad certam insuper, stabilemque inter ipsos Constitutionum observationem præfigendam, statuendamque, consulto statuitur, strictiusque præcipitur sub poenis in eisdem Constitutionibus taxatis, & irremissibiliter infligendis, ut imposterum Fratres Reformati iis dumtaxat Statutis Generalibus utantur, ac ea inviolabiliter observent, quæ pro bono, ac strictiori ipsorum vivendi modo in præfata Congregatione generali, etiâ ipsi Reformati assentientibus, & acceptantibus mature decreta, & sancita fuerint, eaque quolibet bimestri legere teneantur tempore communis refectionis.

Quibus Provinciis Observantiam Sancti Cismontani Familie danda sit facultas Novitios recipiendi.

Sacra Congregatio a Sanctissimo D.N. Fratrum Minorum de Observantia Sancti Francisci Cismontani familiae consultationibus præposita volens, quantum potest in Domino, ipsorum postulato satisfacere circa Novitios ad habitum, & professionem admittendos, Sanctitate Sua approbante censuit, tunc demum esse illis permittendum, ut Novitios, ut supra, recipiant: cum confiterit, ex ipsorum Conventibus eos sustulisse abusus omnes, qui Regule Sancti Francisci Observantiæ adversantur. Quod ubi præstiterint, designanda erunt loca, pro iisdem Novitiis recipiendis, & præscribendus recipiendorum numerus, & qualitas, & alia ad eorum institutionem pertinentia, & prout unaquæque Provincia id exequetur, eidem receptionem hujusmodi fore permittendam.

Et qui tollendi abusus.

Abusus vero, quibus eos propterea mederi oportebit, sunt potissimum infrascripti.

Ad primum abdicent a se, & eorum Conventibus, non solum pristina, ac bona omnia immobilia, quæ alicubi contra Regule puritatem, & declarationes sel. rec. Nicolai III. & Clementis VIII. extra, vel intra septa Monasteriorum detinent, sed etiam census perpetuos, & legata annua, super quibus Sacra Congregatio præcipit observari Decretum Congregationis generalis Romæ habitæ die 17. Maii 1603. Cujus tenor talis est.

De Bonis immobilibus, censibus, ac Legatis annuis abdicandis.

Um annuos redditus, sicut cætera bona immobilia, Nobis habere non liceat, ideo renovantes alia generalia Statuta decernimus, quod nullus Frater inducat personam aliquam ad elemosynam perpetuam Ordini nostro exhibendam, nec exhibitam a quopiam vivente suscipiat, & si aliqua talis Nobis fuerit relicta, nullo modo in judicio exigatur: declarantes, quod ad perpetua legata petenda non possunt Fratres recurrere, nisi humiliter, & per modum elemosynæ absque allegatione alicujus debiti. Decernitur præterea, ac præcipitur per sanctam obedientiam, quod quoties relinqui contingat aliqua legata perpetua aliquibus personis, & hospitalibus, vel alicui Reipublicæ, & aliis domibus, ea lege, quod teneantur Fratribus præstare singulis annis certam elemosynam, sive omnino gratis, sive ut ipsi Fratres dicant certa Officia, & Missas, quod Guardianus faciat protestationem ei, qui testatoris voluntatem adimplere tenetur, quod ad illas elemosynas nullum jus habent ex vi legati, nec possunt obligari ad illa Officia, & Missas; Si tamen facta ista protestatione, hæres ex sua libera voluntate voluerit dare elemosynas illas, & committere Fratribus dicta Officia, & Missas, tunc Fratres tuta conscientia possunt elemosynas hujusmodi recipere. Quod totum, & multo fortius in relictis legatis singularibus Fratribus simili modo faciendum esse decernimus. Inhibemus autem, ne Syndicus in sua persona hujusmodi annuos redditus recipiat distribuendos ipsis Fratribus: Protestatio autem sic fiat sub sigillo Conventus, videlicet: Nos Frater N. Guardianus, & Fratres Discreti hujus Conventus N. dicimus ad nostram notitiam pervenisse, quondam N. certam elemosynam quantitatem Conventui huic distribuendam perpetuo gratis, vel forsitan pro aliquibus Officiis, & Missis dicendis, legaliter. Cumque legata hujusmodi, nisi per viam simplicis elemosynæ acceptare ex instituto sancto nostro, & jure nobis non liceat; ideo per præsentem libere protestamur in Domino, quod legatum prædictum tamquam illius incapaces ex vi legati recipere nolumus, nec intendimus. Si tamen hæres, Commissarius, aut Legatarius ipsius testatoris dictam quantitatem per viam simplicis elemosynæ omni obligatione, dominio, & proprietate penitus cessantibus, Nobis libere conferre voluerit, illam simpliciter accipiemus, & pia testatoris voluntati, quantum in Nobis fuerit, plene, ac fideliter

Ad Ordinarium Medicinæ Theoricæ .
Ad Ordinarium Medicinæ Practicæ .
Ad extraordinarium Philosophiæ .
Ad extraordinarium Medicinæ .
Ad Anotomiam legendam , & inci-
dendum .
Ad Logicam .
Ad Humanitatem .

Extra Gymnasium vero .

Ad Lecturam Sacræ Scripturæ .
Ad Theoricam simplicium .
Ad practicam simplicium .
Ad practicam Chirurgiæ .
Ad alias autem materias , quam su-
prescriptas , nemo deinceps conducere possit ,
præterquam ad lecturas Decreti , Sexti Cle-
mentinarum , & Pandectarum , ad quas Col-
legium possit conducere Doctores ido-
neos .

9. Extraordinarii Legistæ explicare de-
beant Leges cum Glossis , & Bartolo , absque
apparatu Questionum , quas ponunt mo-
dèrni , nec possit Leges illas interpretari ,
quæ ad ordinarios pertinent .

Artista vero extraordinarii necessario
explicent , unus Methaphisicam , alius Mathe-
maticas , alius Philosophiam Moralem ; re-
liqui vero partem aliquam Philosophiæ , seu
Medicinæ , quæ tamen ab ordinariis expli-
cari non consueverit . Mathematicus percur-
rat integrum tractatum de Sphæra , aut in-
tegrum librum ex quindecim Euclidis , aut
alium consimilem tractatum .

10. Ad extraordinariam Lecturam Juris
civilis , vel artium admitti non possit , qui
saltem biennio non legerit Institutam , vel
Logicam respectivè ; Nec ad ordinariam ,
qui saltem per idem tempus non legerit ex-
traordinariam . Hoc autem biennii spatium
debeat esse continuum integro anno , vel ma-
jori parte , itaut lecturæ , sive in Studio Perusi-
no , sive in alia publica Universitate non fue-
rit intermissa ; nemini quoad hoc impedi-
mento etiam legitimo suffragante . Ad Le-
cturas tamen extra Gymnasium ob temporis
spatium minime requiratur ; nisi de consensu
duarum partium Collegii aliud fuerit judi-
catum .

11. Institutis , & Logici deinceps con-
ducendi habeant saltem stipendium scuto-
rum vigintiquatuor ; Extraordinarii tam Ju-
ris , quam Artium triginta ; Ordinarii Ar-
tium sexaginta ; Juris vero non minus , quam
nonaginta , sed non propterea prohibitum
conferatur , quo minus quilibet Doctor , si
quando locus in scholis fuerit , admitti pos-
sit ad legendum gratis , si forte salarium
vacans non extet ad summam viginti qua-
tuor scutorum ascendens ; dummodo
tamen sic admittendus absque salario , eligat-
ur juxta formam , quæ in aliis Lectoribus
conducendis superius præscripta est .

Lectorum
quæra .

12. Lectores omnes teneantur ad Gym-
nasium accedere , ac legere singulis diebus ,
in quibus sonat campana , ut infra ; Et post
lectionem immediate immorentur in scho-
lis disserendo cum scholaribus de rebus ad
lectionem spectantibus , itaut tempus lectio-

nis , & conferentiæ ad integram horam per-
veniat . Et in diebus , & horis , in quibus le-
gitur , ne cuiquam præbeatur occasio post
mediam horam obstrependi , tollatur omni-
nino campana , quæ horæ indicat medieta-
tem . Campanæ autem incipiant die 5. No-
vembri , & perducantur usque ad festum .
Divi Thomæ ; deinde rursus assumantur die
immediate sequenti post Epiphaniam Do-
mini , & perdurent usque ad Dominicam
ante septuagesimam . Tum prima die Lunæ
Quadragesimæ usque ad Dominicam Pal-
marum , ac demum die post Octavam Pal-
chatis Resurrectionis usque ad festum Sancti
Joannis , itaut exceptis diebus festis in Ta-
bella Studii exaratis , ac decem diebus po-
sitionum arbitrio Collegii Medicorum præ-
scribendis , nunquam cessare debeant , sed
functiones omnes , in quibus hætenus cam-
pana cessare consuevit , in alium diem reci-
pantur , vel ad summum cesset ea tantum-
hora , in qua erit Lectorum occupatio in fu-
neribus solemnibus , & Superiorum visita-
tionibus . Per hæc tamen quoad vacationem
in die Jovis cujuscumque hebdomadæ nihil
innovatum censetur .

13. Lectores , qui in aliquo ex suprascri-
ptis diebus defecerint , fideliter punctentur
a Punctatore ab Episcopo , seu ejus Vicario ,
& Priore utriusque Collegii eligendo , qui
propterea duos habeat libros ; In quorum
altero signet Lectores , qui ad studium non
acceserunt , in altero , qui accesserunt qui-
dem sed non legerunt , vel propria culpa ,
vel scholiarium impedimento , vel aliam ob
causam . Primus liber consignetur Computi-
sæ studii ad hoc , ut Lectoribus deficienti-
bus retineri queat pars pro rata dierum , in
quibus defecerint , & deficientium puncta
reliquis Lectoribus æqualiter accrescant , ita
tamen ut liceat Præfidi cognoscere de causis ,
ob quas cessaverint , atque etiam condonare
illis punctaturas , si aliquam rationabilem
causam subesse arbitrabitur , onerata per hoc
ipsius conscientia . Secundus vero consigne-
tur eidem Præfidi , ut inde constare possit ,
quinam ex Lectoribus illius anni ad majorem
lectionum numerum ascenderint , ut
propterea illis debeat portio superius
proposita .

14. Tollatur omnino horæ diversitas
inter Lectores ordinarios , sive Juristas , sive
Artistas , & Doctores . Ludovicus Schottus , &
Dionysius Crispolus legant eadem hora in
Rotulo præscripta . Cæterum ex Decreto hu-
jusmodi , quod solum editur publica Studii
utilitate , vel necessitate cogente , nulli
eorum censetur illatum præjudicium , quin-
nimo uterque cum paritate conductus in-
telligatur , itaut etiam æqualiter eligi possit
in Promotorem ; Idemque per omnia cau-
tum censetur , atque observetur , quoad
Doctores Ludovicum Cencium , & Septi-
mum Eugenium .

15. Quoad Lectores , qui hætenus im-
munitatem , vel privilegium legendi ad li-
bitum sunt consequuti , nihil innovatum
censetur . Verumtamen sit in optione Do-
ctorum Rubini , Montemellini , & Ludo-
vici

ci Cencii , vel suo privilegio frui , vel si
augmentum salarii in Rotulo expressum
consequi voluerint , re ipsa legere .

16. Exemptio tamen , seu Immunitas a
lectionibus , vel aliud æquipollens indultum
de cætero nemini prorsus concedatur , nisi
his , qui legitime probaverint , se actu legisse
spatio annorum saltem triginta ; & tunc
nonnisi per Literas in forma Brevis ; & pri-
vilegia , seu Indulta quæcumque aliter con-
cedenda per subreptionem obtenta intelli-
gantur .

17. Domi legi liceat Juristis quidem
Institutam dumtaxat , idemque iis tantum
horis , in quibus publice non legunt Insti-
tuta . Artistas vero nisi aliud Præses e re esse
judicaverit , illas solum materias , etiam
ordinarias , quæ publice eo anno non expo-
nuntur , in quibus legunt Ordinarii : cæte-
rum in diebus vacationum tam Juristis ,
quam Artistas licebit privatim quæcum-
que materiam ad libitum explicare .

18. Sacram Scripturam per se , vel per
alium leget Inquisitor hæreticæ pravitatis
in Cathedrali Ecclesia juxta solitum ; Mathe-
maticæ domi explicari possint : practica
Chirurgia exponatur ubicumque occasione tu-
lerit . Simplicium natura legatur in horto
publico per spatium unius mensis infra Pa-
scha Resurrectionis , & festum Sancti Joannis ,
sed Methaphisica in scholis publicis tantum
legenda erit ; ita tamen , ut liceat Doctori
Joanni Thomæ Gigliolo Domi quoque il-
lam explicare , quodcumque ad Ordina-
rium Philosophiæ fuerit conductus .

19. Tollantur prorsus Lektionen , quæ
hætenus haberi consueverunt tempore va-
cationum , nec de cætero amplius habeantur ,
itaut lectura practica Theologiæ , Feudo-
rum , practica Medicinæ . . . omnino cessa-
re debeant . Medicinæ vero morali , & Ma-
thematicarum transferantur in extraordi-
narios Lectores superius expressos . Salarium
tamen assignatum Lectori Aphorismorum
restituatur Doctori Hieronymo M. Lam-
bardo .

20. Doctores omnes de Collegio tam
præsentis , quam futuri , necnon Lectores
jam conducti , vel imposterum conducendi
saltem semel præsent in manibus Episcopi ,
seu ejus generalis Vicarii juramentum de
his capitulis , & ordinationibus observandis
in articulis ad eos pertinentibus .

21. Non obstantibus quoad suprascripta
omnia , & singula SS. D. N. Regula de Jure
quæsito non tollendo , aliisque Constitutio-
nibus , & Ordinationibus Apostolicis , nec-
non juramento , confirmatione apostolica ,
vel quavis firmitate alia roboratis Statutis ,
& consuetudinibus etiam immemorabi-
libus , privilegiis quoque , Indultis , & Lite-
ris Apostolicis sub quibuscumque tenoribus ,
& formis , ac cum quibusvis etiam deroga-
riarum derogatoriis , aliisque efficacioribus ,
& insolitis clausulis , irritantibusque , & aliis
Decretis , etiam motu proprio , & ex certa
scientia , ac de apostolicæ potestatis plenu-
dine , seu aliis quomodolibet concessis , ac
etiam iteratis vicibus approbatis , & inno-

vatis . Quibus omnibus , & singulis &c. ca-
terisque contrariis quibuscumque .

§.3. Nos inviolabili Statutorum prædi-
ctorum observationi , quantum cum Domi-
no possumus , consulere volentes , Motu pro-
prio , & ex certa scientia , ac matura delibe-
ratione nostris , deque apostolicæ potestatis
plenitudine statuta præinserta , ac omnia , &
singula in eis contenta apostolica auctoritate
tenore præsentium perpetuo approbamus , &
confirmamus , illisque inviolabilis apostoli-
cæ firmitatis robur adicimus , ac omnes , &
singulos tam juris , quam facti defectus , si
qui desuper quomodolibet intervenerint ,
supplemus .

Hujusmodi
Statuta con-
firmat Urba-
nus .

§.4. Decernentes , præsentis Literas va-
lidas , firmas , & efficaces existere , & fore ,
suisque plenarios , & integros effectus for-
tiri , & obtinere , illasque , ac Statuta prædi-
cta ab omnibus , ad quos spectat , & in futu-
rum quomodolibet spectabit , inviolabiliter
observari , & adimpleri debere ; sicque per
quoscumque Judices ordinarios , & dele-
gatos , etiam causarum Palatii Apostolici
Auditores judicari , & definituri debere , ac
irritum , & inane , si secus super his a quo-
cumque auctoritate scienter , vel igno-
rante contigerit attentari .

Clausula

§.5. Non obstantibus Constitutionibus ,
& Ordinationibus Apostolicis , ac Universi-
tatis studii generalis , civitatisque hujusmodi ,
quatenus opus sit , etiam juramento , confir-
matione apostolica , vel quavis firmitate alia
roboratis Statutis , & consuetudinibus , pri-
vilegiis quoque , indultis , & Literis Aposto-
licis in contrarium præmissorum quomo-
dolibet concessis , confirmatis , & innovatis .
Quibus omnibus , & singulis , illorum te-
nores , præsentibus pro plene , & sufficien-
ter expressis , ac ad verbum insertis habentes ,
illis aliis in suo robore permanens ad
præmissorum effectum hac vice dumtaxat
specialiter , & expresse derogamus , cæteri-
que contrariis quibuscumque .

Obstantium
derogatio .

Datum Tusculi sub Annulo Piscatoris
die 15. Octobris 1625. Pontificatus nostri
Anno III.

Dat. die 15.
Octobr. 1625.
An. III.

De bonis jurisdictionalibus ad Ecclesias, & loca pia spectantibus in feudum, vel emphyteusim non dandis, neque ultra triennium locandis, aut concessionibus hujusmodi renovandis, sive prorogandis.

De non alienandis vero bonis Ecclesia, vel ultra triennium locandis, generales extant nonnulla Pontificia prohibitiones alias per me innotuit: ac praesertim Constitut. IX. Leonis I. Occasio. Tom. I. fol. 39. & Constitut. VI. Pauli II. Ambitiosa. Tom. III. Par. III. fol. 125. De non alienandis autem, & infundandis Terris Sanctae Romanae Ecclesiae specialis extat prohibitio, vide Constitut. LIII. Pii V. Admonet. Tom. IV. Par. II. fol. 364.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Humane salutis Auctor Christus Dominus Romanam Ecclesiam amplissima temporalis ditionis prerogativa decoravit, quam voluit inferioribus etiam Ecclesiis aliqua ex parte communicari, ut filiarum decor matris augetur in Summis Pontificibus majestatem, quibus cum Ecclesiarum omnium regimen incumbat, illarum quoque omnium tutelam ad Apostolicam eorum providentiam necesse est pertinere.

Causae facienda prohibitionis.

§.1. Olim equidem quamplurimi inferiorum Ecclesiarum Praelati, ut strenuos, ac praestantes virtute viros haberent, qui debitum sibi, & Ecclesiis suis impenderent famulatum, temporales ditiones ad easdem Ecclesias pertinentes eximiorum virorum fidei, atque administrationi commiserunt: tempore vero praecedente dilabentibus in deterius bonis institutis factum est, ut nonnulli Ecclesiarum Praefules humanis potius affectibus, quam meritorum intuitu moti, ditiones temporales hujusmodi variis personis, & Universitatibus in feudum, vel emphyteusim dare, vel ultra triennium locare; & rursus occurrente earum ditionum temporalium devolutione, ad novam infeudationem, seu investituram, vel locationem ultra triennium sub specie, quod illae in feudum, vel emphyteusim dari, vel ut praefertur locari sint solitae, seu alias causas praetendentes, devenire consueverunt, quod in non modicum Ecclesiarum ipsarum damnum, & praerudicium tendere usum compertum est.

Prohibitio, de qua in Rubrica.

§.2. Nos itaque nostri muneris partes adimplendo, praemissis obviam ire, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, & locorum piorum quorumcumque indemnitati, ac juri eis quomodolibet competentium conservationi, quantum Nobis ex alto conceditur, providere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de apostolica potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo

valitura Constitutione omnibus, & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, & Generalibus, ceterisque Ecclesiarum, & locorum piorum utriusque sexus Praefulibus, Praelatis, Praedictibus, Rectoribus, Praeceptoribus, Commendatariis, & Administratoribus cujuscumque status, gradus, dignitatis, & praerogativa existant, etiam Cardinalatus honore praefulgeant, necnon Capitulis, etiam Generalibus, & Provincialibus, Conventibus, Collegiis, Sodalitatibus, etiam laicorum, & quibuscumque aliis Superioribus cujusvis Ordinis, Societatis, vel Instituti, etiam de necessitate exprimentis, aut Militiarum etiam S. Joannis Hierosolymitan. in universa Italia, etiam in quorumvis Principum secularium quomodolibet qualificatorum, etiam Ducali, Regia, Imperiali, vel quavis alia dignitate, honore, vel excellentia praestantium ditione temporalis existentibus, si Pontificali, vel Abbatiali emineant dignitate sub Interdicti ingressu Ecclesiae: ac, si per sex menses immediate subsequentes sub Interdicto hujusmodi permanent, lapsis mensibus eisdem sub regimine, & administratione Ecclesiarum, vel Monasteriorum, quibus praesident, in spiritualibus, & temporalibus suspensionis; Capitulis vero, Conventibus, Collegiis, Sodalitatibus, & Universitatibus praedictis sub Interdicti a divinis, eorumque singularibus personis, ac inferioribus Praelatis, Commendatariis, & aliis praefatis sub excommunicationis latae sententiae, ac omnium dignitatum, beneficiorum, & officiorum ecclesiasticorum, de quorum rebus, & bonis contra praesentis Constitutionis tenorem eos disponere contigerit, vocisque activae, & passivae privationis, & perpetuae inhabilitatis ad illa, seu quaelibet alia imperpetuum obtinenda ipso facto, etiam absque iudicis ministerio, vel sententia incurrendis poenis, ne de cetero Civitates, Terras, Castra, Oppida, Villas, Arces, Fortalitia, Munitiones, Territoria, Districtus, Jurisdictiones, aut quaevis alia loca, vel bona jurisdictionalia, seu quovis modo jurisdictionem temporalem etiam cum alio, vel aliis conjunctim, seu divisim, aut alias quomodolibet annexam habentia, aut eorum, seu jurisdictionis partem, etiam minimam ad Patriarchales, Primatiales, Metropolitanas, Episcopales, & alias Ecclesias, Monasteria, Collegia, vel loca pia supra dicta nunc, & pro tempore quovis modo spectantia, & pertinentia, tam quae ad praesens per Ecclesias, Monasteria, & loca hujusmodi pleno jure possidentur, quam ea, quae in feudum, vel emphyteusim concessa, vel ultra triennium locata per quoscumque quomodolibet, & sub quibusvis praetextibus occupata, seu usurpata reperiuntur, aut ad Ecclesias, Monasteria, & loca praedicta jam de praesenti forsitan de jure, vel de facto reversa, seu devoluta sunt, etiam si Ecclesiis, Monasteriis, locisque piis hujusmodi adhuc incorporata, & de eorum mensa effecta non sint, aut quocumque perpetuis futuris temporibus per lineam finitam, Canonem

Obstaculum derogatio.

non solum, delictum perpetratum, vel alio quocumque modo revertentur, seu devolventur in futurum: etiam si ex antiqua, seu immemorabili consuetudine, aut etiam privilegio Apostolico, quacumque ob causam concessa, & iteratis vicibus approbata, in feudum, vel emphyteusim concedi, vel ultra triennium locari, aut finita concessione, vel locatione hujusmodi feuda, investitura, vel alia concessionem renovari consueverint, quibusvis personis, quavis ecclesiastica, seu mundana dignitate, vel excellentia fulgentibus, ac speciali nota dignis, Capitulis, Collegiis, Ecclesiis, Congregationibus, Monasteriis, Conventibus, Hospitalibus, & quibusvis Universitatibus, tam secularibus, quam Ecclesiasticis, aut quibuscumque aliis quocumque nomine, ac titulo nuncupatis, & quomodolibet qualificatis, in feudum, vel emphyteusim concedere, aut ultra triennium locare, aut concessionem, investituram, & locationem hujusmodi post finitum illarum tempus, vel alias quocumque renovare, prorogare, vel de novo facere, etiam ad favorem descendendum, haeredum, vel consanguineorum illorum, qui Civitates, Terras, & bona jurisdictionalia praedicta obtinuerint, possederint, vel occupata detinuerint, etiam intuitu meritorum, etiam si concessionem, & alia praemissa in evidentem, immo evidentissimam utilitatem Ecclesiae, Monasterii, vel loci pii cedant, aut concessionibus, investituris, locationibus, vel illarum renovationibus, aut prorogationibus consentire, aut aliud scripto, verbo, vel alio quovis modo, per quem dictae Civitates, Terrae, & bona jurisdictionalia hujusmodi ad Ecclesias, Monasteria, & loca pia praedicta, sive eorum Praelatos, Superiores, Rectores, seu Administratores non revertantur, etiam si praedictis concessionibus, investituris, renovationibus, prorogationibus, & aliis praemissis nostrum, & Sedis Apostolicae beneplacitum, etiam cum clausula, & non alias aliter, nec alio modo, reservetur, & nisi illo in scriptis tantum prius obtento, facere audeant, vel praesument, ultra alias poenas per canonicas sanctiones desuper quomodolibet inflictas districte interdicimus, & prohibemus.

§.3. Et insuper quascumque concessionem, investituram, locationem, vel illarum prorogationem, & revocationem, quas contra praesentium tenorem quocumque modo, & quovis tempore fieri contigerit, prorsus nullas, & effectu omnino careere debere.

§.4. Sicque in praemissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & ejusdem Camerae Apostolicae Thesaurarium, & Clericos, necnon Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definituri debere, & quicquid fecerit super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus, & declaramus.

Pena nullitatis actus.

Clausula.

§.5. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam in corpore juris insertis, ac etiam in favorem quorumcumque Ecclesiarum, Provinciarum, Civitatum, Universitatum, Collegiorum, Capitulorum, & Locorum Piorum, eorumque personarum, atque Ordinum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Militiarum etiam S. Joannis Hierosolymitani, necnon Congregationum, & Societatum, & cujusvis alterius Instituti, etiam necessario, ut praefertur, & individuo exprimentis, eorumque Monasteriorum, Conventuum, & domorum Regularium, necnon illorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, indultis quoque, & privilegiis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, etiam irritantibus decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, ad alias quomodolibet concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac individua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generalis idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, & forma in illis tradita observata, inserti forent, praesentibus pro expressis habentes, quo ad ea, quae iidem praesentibus adversantur, illis aliis in suo robore permanentibus, harum serie specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.6. Volumus autem, quod de cetero Patriarchae, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi, necnon Abbates, Praefules, Praelati, alique praefati in aliis juramentis ab iis praestandis, de praesenti etiam Constitutione servanda omnino jurare teneantur.

§.7. Ipsaque Constitutio in quintero Cancellariae Apostolicae describatur.

§.8. Quodque praesentes ad valvas Lateranen., & Principis Apostolorum de Urbe Basilicarum, & dictae Cancellariae, & in acie Campi Florae publicentur, & sic publicatae omnes, & singulos, quos concernunt, & concernent in futurum, perinde ardeant, & afficiant, ac si eis, & eorum cuilibet personaliter intimatae forent.

§.9. Earundemque transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Praelati, seu personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, in iudicio, & extra illud eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

§.10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri interdicti, prohibitionis, decreti, declarationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentaverit, irritum, & inane decernimus, & declaramus.

Juramentum de observanda praesenti Constitutione.

Ejusdem publicatio.

Transumptis eadem fides.

Clausula penales.